

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De quaestionibus propter Arium in Aegypto excitatis. Cap. IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

EVSEBII DE VITA

De imagine Constantini, supra cuius caput crux, sub pedibus  
verò confosus draco fuit erat.

CAP. III.

**Q**VINETIAM IN TABULA DEPICTA, QUAM IN SUBLIMI ANTE PALATII VESTIBULA SUSPENDERAT, SE OMNIUM OOCULIS CONTEMPLANDUM PROPOSUIT, SALUTAREQUE PASSIONIS INSIGNE SUPRA CAPUT IPSIUS LOCATUM IN PICTURA EXPRIMENDUM: INIMICAM AUTEMILLAM & HOSTILEM BELLUAM, QUAE ECCLESIAM DEI, IMPIORUM TYRANNIDE OPPUGNASSET, IN ALBUM DEMERSAM, DRACONIS SPECIE & FIGURA DESCRIBENDAM CURAVIT. SACRA ENIM ORACULA IN DEI PROPHETARUM LIBRIS EUM DRACONEM, & TORTUOSUM SERPENTEM NUNCUPANT. ET PROPTEREA IMPERATOR, QUOD OCCULTUM HUMANI GENERIS HOSTEM DIABOLUM (QUEM IPSIUS SALUTARIS TROPHÆI CAPTI EIUS IMMINENTIS VIRTUTE AD EXTREMUM EXITUM PROLAPSUM SIGNIFICAVIT) TUM SUB SUIS, TUM SUORUM PEDIBUS CONCULCATUM PERSPICUÈ INDICARET, DRACONEM MEDIO VENIRE TRANSFIXUM, & IN PROFUNDOS MARIS FLUCTUS PRÆCIPITATUM, SUBTILI & ARTIFICIOSA PICTURA SUB OMNIUM ASPECTU AD CONTEMPLANDUM SUBIECIT. ATQUE ISTÆ QUIDEM RES IN IMAGINE SCITÈ DEPICTA, VARIIS COLORUM FLOSCULIS SIGNIFICABANTUR. Vnde permagna de imperatoris ACUMINE & SOLERTIA ME CEPIT ADMIRATIO, QUO modo, DIUINO AFFLATU PULSUS, EADE IPSA FIGURAVIT, QUAE VOCIBUS PROPHETARÙ ITA DE ISTA BEL LUA PRONUNTIANTR: DEÙ GLADIUM INGENTE & TERRIBILE CONTRA DRACONEM & SERPENTEM FUGIENTEM ILLATURUM, & DRACONEM IN MARI INTERFECTURUM. ISTARUM RERUM Igitur, IMAGINES IMPERATOR FORMAUIT, VOCES ILLAS PROPHETARUM AD UMBRATIONE QUADAM IMITATUS.

De questionibus propter Arium in AEGYPTO excitatis.

CAP. IIII.

**Q**VIBUS EX REBUS AD EXITUM PERDUCTIS, LICET NON PA-  
RUM CÄPERIT VOLUNTATIS, TAMEN INUIDIÆ FLAMMA QUÆ  
ECCLESIAM ALEXANDRINAM GRAUITER CONTURBABAT, &  
PESTIFERUM SCHISMA, QUOD INTER THEBANOS & AEGYPTIOS  
VERSABATUR, IPSIUS ANIMUM NON PARUM COMMOUIT: QUIPPE  
IN SINGULIS CIUITATIBUS EPISCOPI CUM EPISCOPIS DISSIDERE,  
& POPULUS

& populus contra populum tumultus ciere, & imperio quodam repentino, instar symplegadum, & mutuis pugnis se ipse concidere cœpit: vsque eo ut animis insanis ac desperatis impia scelera aggredi, & imperatoris imagines contumelia afficere non dubitarent. Verum imperatorem non tam ad iram, quam ad immensam animi aegritudinem, qua furiosorum amentiam supra modum deplorauit, incitarunt.

*De dissensione propter Paschæ celebrationem.*

CAP. V.

**M**Orbus porro alias longe grauissimus istas res aegressus est, qui longo tempore ecclesiæ multum exhabuerit molem, dissensionem dico de salutari Paschatis festo ortam: etenim alii Iudeorum ritum sequendum assertuerunt alii temporis quidem articulum in eo festo celebrando accurate obseruandum esse, non ramen imitandam consuetudinem eorum, qui errore cæciti, alieni à gratia Euangelica esse viderentur. In hac igitur controuersia, eum prolixo iam temporis spatio populus ubique admodum dissenserit, diuinæque leges & instituta confusione quadam essent permista, ita ut temporis in uno eodemque festo obseruando varietas & discrepantia, maximâ discordiâ, Paschatis solennitaté celebrantibus excitaret (quippe eodè tempore alii ieuniis, & corporis afflictione se exercebat, nonnulli se tradebat otio & remissione animorū) quanquam nemo certè erat, qui huic malo remedium inuenire potuerit, præsertim cum cōtentio dissidētiū animos ex æquo exagitaret, Deo tamē, qui omnia potest, ipsis rebus mederi erat perfacile. Ex hominibus autem, qui adhuc in terris ætatem degebant, solus restare videbatur Constantinus, qui rectè factis sedulo operam daret: qui quidem, simul utique rerum istorum commemoratarum fama ad ipsius aures permanauit, intellexitque, literas ad Alexandrinos à se missas nihil habuisse ponderis, nouum consilium animo cœpit agitare, inquiens alio prælio contra occultum illum & clan destinum hostem, ecclesiæ statum perturbantem de integrō decertandum.

Ll 3 . . . *Quomodo*